Ite de diuisionibus et interpretacione earum. VI
Ut autem de diuisione monocordi in paucis multa
constringam. Semper diapason duobus passibus ad finem
currit. diapente tribus. diatessaron quattuor. Tonus uero viiii. Qui quanto
passibus numerosiores. tanto sunt spacio breuiores. Alias uero
praeter has diuisiones inuenire non poteris. Diapason
autem interpretatur de omnibus; siue quod omnes habeat uoces siue quia
antiquitus chitare octo fiebant cordis. In hac specie
grauior uox. duo habet spacia. acuta unum. ut A et a. Diapente
dicitur de .v. quia in eius spacio uoces .v. ut a D in a.
Sed grauis eius uox iii habet spacia. acuta duo. Diatessaron sonat
de quattuor. Nam et quattuor uoces habet. et grauior eius uox. quattuor habet
spacia. acuta uero tria. ut a D. in G. Has tres species symphonias
id est suaues uocum copulaciones meminerimus esse uocatas. quia
in diapason diuerse uoces unum sonant. diapente uero et diatessaron. dia-
phonie id est organum uera possident. uoces ut cuique sunt
reddunt. Tonus uero ab intonando id est sonando nom[illegible]
Qui maiori uoci nouem. minori uero octo passus con[illegible]
Semitonium autem et ditonus et semiditonus [illegible]
canendum coniungitur. diuisione tamen nullam recipiunt. de
Cum uero septem sint uoces. quia alie non sunt finite uocum
[illegible] ut dictum est. sed eedem sunt. septenas modos. VII
sufficiunt explicare. que diuersorum modorum [illegible]
sunt qualitatum. Primus modus est cum uox deponitur [illegible]
tono et semitonio et tono intenditur. ut A et D. Se[illegible]
modus est cum uox duobus tonis remissa. semitonio et [illegible]
tonus descendit. duobus uero tonis et semitonio ascen[illegible]
C et F. Quartus uero deponitur tono surgit autem [illegible]
tonum semitonium ut G. Et nota quod se per ordinem [illegible]
ut primus in A [illegible] in B. Item nota has uocum affinitates
per diatessaron et diapente. constructas. a enim ad D et B ad E et C ad
F a grauibus diatessaron. ab acutis uero diapente coniungitur. hoc [illegible]